Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8172
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



in tra ne abscondas a me mandata tua
Concupiuit anima mea desiderare iustifica
tiones tuas in omni tempore Increpasti superbos
maledicti qui declinant a mandatis tuis
Aufer a me opprobrium et contemptum
quia testimonia tua exquisiui Etenim
sederunt principes et aduersum me loque
bantur seruus autem tuus exercebatur in
iustificationibus tuis Nam et testimo
nia tua meditatio mea est et consilium
meum iustificationes tue Adhesit pa
uimento anima mea viuifica me secun
dum verbum tuum Vias meas enuntiaui
et exaudisti me doce me iustificationes
tuas Viam iustificationum tuarum instru
ue me et exercebor in mirabilibus tuis
Dormitauit anima mea pre tedio confirma
me in verbis tuis Viam iniquitatis
amoue a me et de lege tua miserere mei
Viam veritatis elegi iudicia tua non
sum oblitus Adhesi testimoniis tuis domi
ne noli me confundere Viam mandato
rum tuorum cucurri cum dilatasti cor meum
Quanquam volunt fideles esse catholici fide
opus est ut teneant catholicam fidem
Quam nisi quisque integram
inuiolatam que seruauerit absque du
bio in eternum peribit Fides autem ca
tholica hoc est ut vnum deum in trini
tate et trinitatem in vnitate veneremur
neque confundentes personas neque sub
stantiam separantes Alia enim persona patris alia